

Canones dictos Apostolicos, et in Concilium Illiberitanum (d' Elvire) habitum circa an. 300. omnem Ecclesiae doctrinam et disciplinam late pervagantia, et bonae frugis uberrima.

Volumen II. Folior. 408. praemissis iterum Indicibus commentatur eodem modo in Concilia Arelatense I. Ancyranum, Neocaesareaense, Laodicenum, Nicaenum I.

Volumen III. Folior. 390. Concilia Gangrense, Antiochenum, Sardicense, Carthaginense, CPolitanum I. Valentinum, Taurinense, Carthaginense II. III. IV. exequitur, quibus si Concilia in supra memorato Dissertationum Tomo discussa addas, magnam lucem omni Rei synodicae primorum VII. Saeculorum a Thomaffino hifce suis observationibus affundi lubens fatebere.

DCCCCXXXIV.

U. 521 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 385. 4. non una manu perscriptus, et rubricis distinctus totus paene Gersonianus est, et e Concilio Constantiensi a Theologo nostro Petro Zach de Pulka Viennam deVectus videtur. Indicabo singula ad Editionem Operum omn. 1706. f. quae Antverpiam quidem praefert ad captandam benevolentiam, interim Amstelodamum pertinet. Comparet igitur I. Prima propositio domini Cancellarij parisien. facta Constantie die iouis de vespere. 17. octobr. vigilia beati Luce evangeliste

1415. in loco publice Sessionis super materia IX. assertionum Johan. Parvi) per ipsum iudicialiter denunciatarum. Init: *Estimo me beatum aput te &c.* ut Edit. T. II. col. 330. Definit: *per quem veritas et gratia facta est Ihesu christo qui est deus benedictus in secula Amen.* Redit hic Tractatus fol. 43.

Fol. 10. Secunda Propositio Gerson Cancellarij Parysien. Nempe: Oportet hereses esse sicut apostolus &c. In Edit. T. II. col. 338. inscribitur *Alius Sermo &c.* Nobis definit: *velit esse Iudex testis et pars &c.* Itaque Edita aliquot lineis procurrun, quae, an pertinentes sint, nescio. Etiam hic Tractatus redit fol. 55.

Fol. 26. Discutitur Quaestio, an liceat a Pontifice in caussis Fidei appellare, aut illius iudicium declinare, ut T. II. col. 303. Initium: Queritur utrum hec assertio sit catholica. Tam Jure diivinitus promulgato &c. Folio praevio puro legitur: *Tradatur magistro P. de Pulka, et ad ipsum Titulum minio: Hoc scriptum a Cancellario parysien. Ego tuli.*

Fol. 32. Secuntur duodecim considerationes super spirituum probatione. Anno MCCCCXV. die VIII. Augusti in Ciuitate Constant. dum generale Concilium illic esset, extracte ab Okam per Cancellarium Parysien. Jo. de Gerson. Ineunt: Probate spiritus si ex deo sunt &c. ut. T. I. col. 38. ubi tamen ad calcem pro die VIII. Aug. ponitur in die sancti Augustini,

stini, taceturque de Guil. Ocamo famoso illo O. M. Doctore. Exemplar aliud fol. 143.

Fol. 77. Incipit prologus in tractatum de spirituali vita anime Magistri Johannis Gerson Cancellarij parisen. viri deuoti pariter et literatissimi. Dirigitur ad Petrum de Alliaco Ep. Camerac. Autoris in Theologicis Praeceptorum. Tractatus ipse VI. *Lectionibus* definitus incipit: *Ego vos baptizauit aqua &c. ut T. III. col. 1.*

Fol. 149. absque Inscriptioe Remedia XII. contra Tentationes. Ineunt: *Ad honorem dei dicam aliqua remedia contra aliquas temptationes spirituales, que in hoc tempore habundant in terra ad probandos et purgandos dei electos &c. Provenire eas discimus: Primo per suggestionem et illusionem dyaboli decipientis hominem circa regimen quod debet habere erga deum et illa que dei sunt. Secundo per corruptam doctrinam et modum viuendi illorum, qui iam victi sunt a predictis temptationibus. His igitur Remedia praescribuntur, quae quidem in Gersonis Operibus non reperio. Quare aut illius non fuit, aut omnes haecenus Editores fugerint. Finiunt: et sic domino iuuante ipsas superabis. Amen.*

Fol. 159. Johannes de Gersona de X. Preceptis. Alias Opusculum tripertitum de Decalogo, Confessione et Arte moriendi, ut T. I. col. 427. Init: *Christianitati suus qualiscunque Zelator &c. Integrum.*

Fol. 179. p. 2. *Tractatus de corpore christi Domini Boneuenture.* In edit. Lugdun. Opp. omn. T. VII. p. 66. inscribitur: *De Praeparatione ad Missam et incipit: Ad honorem gloriose ac indiuidue trinitatis, Et ad honorem excellentissimi Sacramenti &c. Ab-rumpitur in Codice ante finem Cap. 8. his verbis: huius excessiue caritatis et dulcissime — —.*

Fol. 190. *Tractatus M. Joh. de Gersona.* Incipit: *Super materia Symoniace labis in Collatione beneficiorum per papam &c. Recte igitur T. II. col. 645. inscriptus De Simonia.*

Fol. 197. *Secuntur asserciones generalis ordinis predicatorum promulgate in sermone suo quem fecit die quarta Mens. octobr. id est in die Sancti francisci apud fratres minores in Constan. Concillio Anno Domini M^o &c. XVI^o.* Sunt numero IV. cum totidem corollariis, agunt de *Gladio spirituali*, five summa Potestate, quae in Ecclesia resideat inseparabiliter, in Papa vero separabiliter, et concludunt, *Concilium Constant. quia ecclesia papa caret, aut legitimum non habet, approbata et reorobanda in ipsa ecclesia habere diffinire et determinare.* De Sermone, quem M. Leonardus Stadius de *Datis* generalis XXV. Ord. Praed. ut supra enuntiatum est, habuit, alium silent *Labbeus, Hardtius, Mansius*, ipsi Ord. Bibliothecarii. *Συνοΐτις* nostram se publicare ait, quod quidam conati sunt asserciones suas ad sensum trahere repugnan-

nantem, videlicet hunc: Concilium non potuisse deponere olim Johannem (XXIII.) ac Pisanum concilium fuisse nullum.

Fol. 198. Tractatus M. Jo. Fairson Cancell. Parisien. de potestate ecclesiastica et de origine Juris et legum. Init: Probemium quod expedit inquirere de ecclesiastica potestate &c. ut T. II. col. 225. Verum in calce post verba: uel de iure uel de facto, ita deflectit Noster: Hec interim habui que de ecclesiastica potestate et de origine iuris summatim differerem. Si complete, fecit Deus per me, quod volui, si minus, feci, quod potui. Suppleat imperfectum meum prudens lector. Scriptum Constan. tempore generalis Concilij. Et rubro: Explicit presens tractatus per Weyperti manus Hetzler de Steynach. ut videtur, Tyroleos. Adhaerent Tres Conclusiones et Arbor, ut in Editis.

Fol. 233. p. 2. Quaedam veluti Continuatio praecedentis Tractatus incipiens: Ad confirmandum ea que de origine et ordine ecclesiasticae potestatis predicta sunt, aliqua conuenit subiungere de origine juris quod habent clerici qui ecclesiastici dicuntur, in bonis que ecclesiastica nominantur &c. Frustra haec in Edit. cit. apud Gersonem quaeres. In Append. T. II. col. 942. Caput. I. Partis 2. Tractatus Petri de Alliaco de Ecclesiae &c. Autoritate constituunt. Quam recte? Viderint, quibus de uno Gersone, aut Alliacensi res est. Ego multis operam addixi.

Fol. 240. Sermo Cancellarij Parisien. in recessu Regis Romanorum a Constantia ad Regem Aragonum et petrum de luna pro unione ecclesie procuranda. Initium: Prosperum iter faciet nobis deus &c. ut T. II. col. 273. et nobis non uno Codice in iter Sigismundi non ideo minus memorandum, quod successu caruit.

Fol. 246. p. 2. Triplex ejusdem Gersonis Excerptum. 1) De Confessionis Materia e Responso ad Vicarium Carthus. quod extat T. II. col. 460. 2) Ex Avisamento de Confessionibus Religiosorum, col. 462. 3) Ex Distinctione de Modo Excommunicationum, col. 403.

Fol. 249. Tractatus Job. de Garsana Cancell. Parys. de susceptione humanitatis christi super verbo Cantici Marie: Suscepit israel puerum suum. Inscriptus: Reuerendo patri domino Prouinciali celestinorum fratri Johanni Bassandi &c. incipit: Cecinit Maria. Suscepit israel &c. ut T. I. col. 450. ubi tamen in fine notatur mensis December, qui nobis September est.

Fol. 257. Magistri Johannis de Garsana Cancell. parys. Epistola ad episcopum quendam ut casus solum manifestos uel paucos occultos reseruet. Init: Pontificali dignitati suus qualiscunque zelator clauibus bene uti &c. Extat T. II. col. 415.

Fol. 258. p. 2. Opusculum de modo viuendi omnium fidelium. Initium:

tium: *Regula prima que spectat ad nobiles &c. ut col. 538.*

Fol. 261. Incipit prologus Johannis de Gersona olim Cancellarij parys. M. sacre pagine venerandissimi. Sic: Penitemini et credite ewangelio. Marc. I. Astrinxit me promissio nouissima &c. Igitur in Opus bipartitum de Theologia Mystica speculativa, et practica, prout legitur T. III. col. 361. Adscribam tamen Clausulam nostram: Expliciunt considerationes siue libelli de mystica theologia Venerabilis — edite ab eodem Anno domini MCCCC7^{mo} et recensite ab eo siue relecte et probate sicut propria manu subscripsit in exemplari quod ad carthusiam misit de ciuitate lugdunensi Anno Domini MCCCC22°. Quae si ita habent, fallit Dupinius in Gersonianis edit. cit. praefixis L. III. §. 3. annum compositionis 1419. adsignando. Clausula edit. col. 422. Codicem citat Anni 1679. Oppido vetustum!

Fol. 319. p. 2. Incipit Prologus ejusdem venerabilis Johannis gerson in tractatum de contractibus in quo captiuitatis humane etiam christiane religionis deplangit miseras et erumpnas presertim illorum qui monachi dicuntur eo quod deo mancipati cogantur secularibus negocijs superuacare. Initium est: Qui uolunt diuites fieri incidunt in laqueum &c. Tractatus ipse tripartitus est ejusque Pars I. non quadruplici, ut Codex noster, sed quintuplici, ut habent Edita T. III. col. 165. Quaternario ab-

soluitur. E clausula nostra subpleo. Tractatum hunc scriptum fuisse Lugduni ad instantiam Domus Majoris Carthusiae Priore Gwilhelmo de Mota.

Fol. 350. praemisso Indiculo. Sequitur tractatus de sollicitudine ecclesiasticorum Magistri Johannis de gersonis cancellarij beate marie parys. ad fratres celestinos continens 68. particulas. Prooemium incipit: Nolite solliciti esse. Matth. 6. Luce 12. Jubet hoc supremus abbas noster ihesus christus &c. ut T. II. col. 597. Integer.

Fol. 365. Incipit tractatus Venerabilis doctoris Johannis gerson — de oratione et suo valore continuatione et intentione sub pluribus consideracionibus traditus et conscriptus sub constanciensi concilio generali sancte ecclesie Anno Domini MCCCC sexto decimo. Ejus initium: Oportet semper orare et non deficere. Scripsit tulus accuratissime &c. ut T. III. col. 247.

Fol. demum 379. Incipit tractatus de cura curatorum ut uideatur Magistri Johannis de gersona Concellarij Parysiens. Non dubitant Edita e Codd. Victorin. et Colbertin. T. II. col. 558. adduntque Titulo: De Visitatione Praelatorum. Initium est: Ad laudem dei et edificationem populi christiani compilata est hec breuis et rudis compilacio tempore quo celebrabatur remis Prouinciale consilium Anno Demini MCCCCVIII. (ultima) Aprilis &c. Et interfuisse Johannem huic Synodo vel Sermo pro-

2223

SYNODICI.

2224

probat ab illo ibidem habitus in *Job. 10. Bonus Pastor &c.* qui in *Edit. col. 542.* praecedit. En quantum *Gersonianorum* cum hoc, tum tot aliis Codicibus a me relatis vel *Vindobonae* reperissent Editores *Amstelodamenses.*

DCCCCXXXV.

U. 218

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 479. 4. una per totum manu scriptus, et rubricis distinctus in anteriore Theca haec praefert: *Anno domini 48. propter Deum cum consilio magistri Urbani plebani in Stain,* quae verba cum etiam *Commentarius in Ecclesiasticum* a *M. Paulo de Mellico* Collegio Ducali *Vien.* legatus et hoc *Vol.* recensitus praeferat, dubium non est, praesentem quoque Codicem ejus donum esse. Continet vero ille *Sermones in Concilio Constantiensi* habitos. Indicavit ejusmodi *Συλλογὴν* e *Cod. Kraftiano* *Sermonum* XLI. inclitus *Schelbornius* *Amoenit. lit. T. III.* alteram e *Cod. Blavifontano* *Sermonum* XXVIII. T. XI. Nos *Vol. I. P. 3.* inter *Synodicos* fimilem dedimus *Sermonum* XXXI. Ast hic, quem volvimus, praegnantior ad numerum LVII. praeter *Fragmenta* quaedam adscendit. Eorum porro, vocatis in consilium praedictis Codicibus, feriem dabo, illis obiter perstrictis, de quibus jam *Codice cit.* egi.

○ Praevio *Indice* *Thematum* *textualium* fol. 2. *Sermo* *M. Petri* de *Pulka.* *Hij sunt viri misericordie &c.*

Fol. 18. *Sermo* *M. Stephani* (*Palez*) de *Praga* *sacre theologie professoris.* *Resistite fortes in fide &c.*

Fol. 31. p. 2. *Sermo* *M. Mauricii* de *Praga* *sacre theologie professoris.* *Dom. VII. post Pentec.* *Attendite a falsis prophetis &c.*

Fol. 42. p. 2. *Ejusdem* *Sermo.* *Dom. 15. Hec vidua erat &c.*

Fol. 49. p. 2. *Sermo pulcher predicatus in Concilio Constant. anno domini MCCCCXVI. Fratres libenter suffertis insipientes &c.* Excerptum e *Cod. Kraft.* dedit *Schelbornius* p. 50. Ibi *Autor* praescribitur *M. H. V.* de quo nil divino.

Fol. 61. *Sermo bonus de assumptione beate virginis pronuntiatum in constantia. Maria optimam partem elegit &c.* Incipit: *Beatus Bernardus in quodam sermone de hac festinitate dicit: Fateor impericium meam &c.* et totus in *Virginis* laude absumitur.

Fol. 71. p. 2. *Sermo factus in synodo Constan. die XV. septembr. Obsecro vos, sitis in caritate radicati &c.* Habetur in *Cod. Blavifont.* pariter ἀδεσποτος.

Fol. 79. p. 2. Sine inscriptione: *Ite et vos in vineam meam &c.* Est *Theodorici* de *Monasterio.* Ad calcem: *predicatus in concilio constan. in LXX.*

Fol. 89. Sine inscriptione: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur &c.* Incipit: *Symon de Cassia lib. VI. post medium de vita christiana exponens predictum passum sic inquit: Exaltacio a se ipso ad casum fit &c.* et enumeratis *Superbiae*